

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Rosyjskiej Akademii Nauk w Sankt-Petersburgu, sygn. Ban. F 143, k. 131r-131v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 57 [Gn. 56]

[57] Qui^a monomochaliter suum equalem salutare seu alloqui voluerit, hunc iudicem petere opportebit, ut se intromittere possit de uno pacis suo violatore, quem videat in presenti. Cum sibi hoc per sentenciam diffinitum fuerit, tunc in sentencia requirat, per quem modum se intromittere debeat, ut sibi in iure suo proficere possit. Tunc sibi diffinitur, curialiter per horam vestimenti. Et cum se de ipso intromissit, quod statim facere potest, si vult, aut pro eo habere colloquium. Tunc ipsum inculpare opportebit, quod in eo pacem infregit, eodem modo super eum queruletur. Tunc iterum ipsum inculpare debet, quod ipsum depredaverit et tantam vim in eo fecerit, quam bene possit protestari. Tunc aut vulnus aut cicatricem demonstret, si vulnus sit sanatum. Tunc ulterius conqueratur, quod ipsum spoliaverit bonis suis et de ipsis tantum receperit, quod bene duellum meretur. Hec tria criminalia facta omnia simul conqueratur, de quocunque illorum trium obliviscitur aut tacuerit, extunc suum duellum amisit. Tunc ulterius loquantur: tunc solum ipsum in persona propria vidi, et ipsum clamore proclamavi. Si fateri voluerit, diligo, et si non fatebitur, ipsum omni iure vincere volo, ut michi vulgus iudicaverit, aut scabini. Extunc ille petat satsdacionem, si voluerit. Facta satsdacione ille suam exhibeat innocenciam, hoc est iuramentum, quod ipsum iurare oportet, ad iuramentum monomachale, si ipsum iure incitaverit, hoc perficere poterit pre inbecillitate corporis sui. Quivis vir potest se a duello excusare illi viro, qui sibi paris condicionis non fuerit. Ille autem, qui melioris nature fuerit, ille preesse non potest illi, qui deterioris nature fuerit, si ipsum alloquitur. A duello cedere potest, qui post meridiem allocutus fuerit, nisi ante meridiem esset inchoatum, iudex eciam debet dare clipeum et gladium illi, super quem allocutum fuerit. A duello et excipere potest vir suos affines, si uterque suus affinis et ita consanguineitatis linea coniuncti fuerint, quod simul pugnare non poterint. Iudex eciam duos nuncios dare debet cuilibet horum, qui pugnare debent, qui videant, qui habeant attinencia secundum veram consuetudinem. Coreum et linea indumenta induere possunt, quantum placet. Caput et pedes antea nudi sint, in manibus cirothecas habeant, unum gladium in manu et alio cinctus, aut duobus, hoc arbitrio eorum committitur, unum clipeum in manu rotundum, ubi non aliud, quam lignum aut coreum sit, preter manu tectorium, quod debet esse ferreum, unam tunicam absque manicis super preparamenta. Eciam iudex debet indicere pacem circa collum, quod nemo ipsos duos impedit circa duellum. Cuilibet ipsorum iudex unum virum dare debet, qui phalangas ferant, qui ipsos non impedian, si unus [k. 131v] ceciderit, quod phalangam interponat, aut si vulneratus fuerit. Vel phalangam desiderat, hoc idem

facere, nisi voluntas fuerit. Postquam circulo pax indicta fuerit, ambo debent circulum \vdash affa^b affectare, quem ipsis iudex licere debet. Finalia fragmenta de virgis gladiorum deponere debent, nisi a iudice licenciam habuerint. Ambo ornati debent ire ante iudicem, et ambo iurare debent: unus, scilicet actor, quod causa sit vera, pro qua super ipsum querelam fecerit, et reus respondeat, quod sit \vdash qui^b innocens. Sicut ipsos Deus adiuvet ad suum duellum. Sol et ipsis debet dividi recte, quando primo conveniunt. Si vincetur ille, super quem conqueritur, tunc iudicetur sentencia capitali. Si autem vicerit, dimittetur pena cum emenda. Actor primo circulum intrabit. Si alter diu tardaverit, iudex debet ipsum per preconem mittere vocare in illa domo, ubi se preparaverit, et duos iuratos cum ipso mittere debet. Sic citari primo, secundo, tertio, et si ad terciam citacionem non venerit, tunc querulator \vdash fu^b surgat et se in duellum induci exhibeat. Percuciat statim duos ictus et eciam figat contra {figat contra} ventum, cum eo ipse suum adversarium devicit tali causa sive \vdash qre^b querela, pro qua ipsum fuerat allocutus. Iudex sibi iudicare debet, sicut si esset per duellum convictus, si mortuus fuerit, debet, quia sicut in furto vel rapina, aut in tali crimine occisus fuerit. Si autem mortuus tunc vii testibus protestari poterit, extunc duellum non indiget exhibere contra ipsum. Si autem alter cognatus mortui, quisunque fuerit, loco ipsius ad duellum se exhibuerit, hic confrengerit omne testimonium, quia tunc ipsum absque duello vincere non potest, ut superius est expressum. Sin vincetur et ille, qui ad duellum captivatus aut solitus fuerit, aut promittit aut caucionem fideiussoriam fecerit comparere et non comparuerit ad iustum responsivam.

^a ozdobny inicjał Q wysokości dwóch wersów; ^b skreślone ręką autora podstawy

[hasła: sędzia, pokój, wyrok, prawo, pojedynek sądowy, skarga, droga królewska, oskarżenie, rana, blizna, dobra, sąd królewski, ławnik, gwar, zabezpieczenie, przysięga, niewinność, niepełnosprawność, równy stanem, szlachcic, tarcza, miecz, krewny, zwyczaj, pieśniarz, wola, powód, kradzież, świadek, krewny po mieczu, nawiązka, kara sądowa, mulkta, posiedzenie]